78

Serenissime Rex domine coniux noster obser^me. Recrearunt nos l[itte]rae M[aies]t[at]is v[est]rae de data ex Castris, die XII Novembris ex quibus tum de valetudine M[aies]t[at]is v[est]rae, tum de reliquis M[aies]t[at]is v[est]rae rationibus, satis intelleximus. Quo no[m]i[n]e gratiam M[aies]t[at]i v[est]rae habemus.

Interim pro more nostro celare M[aies]t[at]em v[est]ram nolumus, nobilem virginem Glosco[w]scam ex gin[a]eceo n[ost]ro in ipsis etiamtum nupti:is G[e]n[er]osi Andreae Modliszowski Capitanei Lomsen[sis] expetitam in matrimonium fuisse, Nobili Lucae Lenczki, servitori nostro. Quam nos quidem tum temporis petitionem ita accepimus, ut quoniam tunc M[aies]t[a]s v[est]ra in eiusmodi publicis regni ac Reipub. negocijs versaretur, quae nos ab omni conviviorum genere red:derent alienas, differetur res ipsa ad faelicem ex bello reditu[m] M[aies]t[at]is v[est]rae. Postea tamen per totum hoc tempus, quod nupti:as Capitanei Lomsen[sis] est consecutum, multas hoc nomine multorum instantias ferre necesse habuimus. Quas cum diu:tius sustinere non possemus, tempus nuptijs ipsis, diem do:minicum, eum qui proxime ferias purificationis beatae Mariae antecedit, constituimus. Ad quem diem ut M[aies]t[a]s v[est]ra virgini ipsi de dote et annulo nuptiali provideri iubeat, M[aies]t[at]em v[est]ram etiam atq[ue] etiam rogamus, eamq[ue] optime va:lere, et rerum gestarum gloria florere inprimis cupimus. Dat[um] Varsoviae die XVI. Decembris. Anno D. M.D.LXXXI.

M[aies]t[at]is V[estrae]

coniux obseq[uentissi]ma

Anna Regina poloniae [etc.]

72

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy
BIBLIOTEKA
Główna

47

Serenissimae Regiae Mti dno
coniugi nostro obsermo.

Virgini Gloskowska ex hinc
[illegible]
[illegible] 450

1582

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy
BIBLIOTEKA
Główna

Rkp 1219/61